

COMPLECTENS ANALYSIN LOGICAM, CUM DEDUCTIONE THEOLOGICA.

§. I.



Armen, præeunte nobis *Schnepfio* l. c. quod hoc capite continetur, est encomiasticum, quo Ecclesia laudatur, tanquam florentissima quædam Respublica (1.) quod Ecclesia sit urbs munitissima, cui ipsa salus præsideat. (2.) quod cives sint homines justii & veritatis amantes. (3.) quod pax in ea sit exoptata & constans. (4.) quod Dominus, qui protegit hanc urbem, habeat fortitudinem & majestatem in æternum duraturam. (5.) quod Dominus, seu. Servator Christus, homines doceat justitiam. Hæc sunt laudationis capita, quæ proponuntur à v. 1. usque ad 9. In cæteris verbis resolvuntur tacitæ quædam objectiones. (1.) Si Christus omnes doceat justitiam, cur tamen multi sint impii? Resp. omnibus quidem offerri beneficium veræ justitiæ, sed non ab omnibus recipi. (2.) Cur pax Ecclesiæ tribuatur, cum tantoperè sit afflictæ? Resp. quando pii invocent Dominum, malos puniri, persecutiones autem servire amplificandæ Ecclesiæ. (3.) afflictiones acuere in piis fidem & invocationem, imò (4.) ne mortem quidem ipsam obesse, tum quod revicturi sint mortui, tum, quod sepulcra eorum sint amœna cubicula, tum quod Deus sit supplicia justorum vindicaturus à v. 9. usque ad finem.

§. 2. Pars itaque, ad quam nostra referenda pericope, solvit illam objectionem, quod Ecclesiæ pax tribui nequeat, cum vehementer sit afflictæ, imò perferre mortem necesse habeat. Syllogismus erit talis: Quicumque morti obnoxius est, ille non habet pacem. Atqui Ecclesia

B. 3,

mortii